

**Pereximiis
præstantissimis et
conatissimis
civibus Academicis
salutem et fe...**

Henricius, Andreas

82 Aa 16/3



National Library
of Sweden

Reperimus, Praestantissimis et Conatissimis civi-
bus Academicis Salutem et felicitatem!

Mobili ac lubrico esse animo, certum est inconstantiae levitatisque
indicium. In omni flus vitio, dum quid aggredi conatur, vacillat
in actione fluctuat, in exitu sibi parum constat. Ut enim flucti-
bus procellosi maris a ventis validissimo concitatis impetu agi-
tatis, oberrans huc illucq; provolvitur, vita praesentissimum horum
ictu mittit discrimen, eisque usuram sperare vix contendit, ita ani-
mi sauciatus dejectione ad mobilitate, multas parturit haesitationes,
multa cumulat dubia, firmum et stabile nasquam offendens.
Constantiam vero animi habitum vere eximium, neque vitium, nec spes
dejicere statum aut flectere valet, quo minus se cohibeat ac refrenet,
ut dicere et facere, quae pulchra, egregia, honesta sint, omni ex-
pulsata dubitationis assea, confidenter queat. Non terretur ad-
versis, non intumesceat secundis, nec in ultimo vita ^{habet} de sententia quic-
quam ondat. Itaq; eleganter ait Cicero: Invidiam et fortunam
lexistimo ab animo forti et gravi, tanquam fluctum a saxo fran-
gi oportere. Hinc curam mole exsurgente, irarum perturbatione
inundante, et duriori quocumq; fremente telo, nunquam dimittun-
tur constantia. Quodatur hoc nomine e Socrates, quod semper
eodem vultu revertetur domum, quo exierat. Quod excelsis
dabitur constantis animi argumentum? Illi domo egressi, triste si
quid accidit, redeunt turbidi, si quid laeti, gestientes, volubili m-
lejus apud se ostendentes mutabilitate. Quod ipsum exquisi-
tione mentis acumine commendabili ausu perpendit, seque fla-
jestatis illum perindifferens, Praestantissimus Dn. Venero.
Caselius Spaldanus, qui Gratiaem postrodierna sacra vesper-
tina publice habendam, de Constantia, eruditam, tersam et
nerosam conscripsit, ad eam audiendam, ut per breve tem-
poris momentum, omnibus honoratissimis, benivolentibus con-
sant candida haec spero obtineri interpellatione. Valete!
Dab. Aboc. d. 29 Martii a. 1691.

Andreas Henricus



29/3 1691

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Handwritten signature or name, possibly "G. ..."]

